



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De mancipibus, & iis qui se in alienas lites iniiciunt. cap. xxiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A misericordiam impertire in animum inducis, eorum te misereat, quibus iniuriam inferis. Etenim is demum pius habendus est, non qui multis misericordiam prestat, sed qui neminem iniuria afficit. Quocirca si misericordiae munus obire in animo habes, de iustitiae fructibus id facito.

Si pauperibus spargis, quae tua sunt, sparge. Etenim aliena xizaniis acerbiora sunt. Agram enim colis, quem metere non potes.

De mancipibus, & iis qui se in alienas lites iniiciunt. CAP. XXIIII.

ICVT qui apprehendit auribus canem: sic qui tunc impatiens, & *Prov. 26.* commiscetur rixae alterius.

B Confilium improborum iniqua vult: delere humiles in sermonibus iniustus, & dissipare sermones pauperum in iudicio. *Esa. 10.*

Qui persequitur operis conductionem, incidet in iudicium. De negotio *Eccli. 29.* quod tibi necessarium non est, ne litiga. *ii.*

De probis Episcopis, ac Dei mandata seruantibus. CAP. XXV.

C **H**OMO qui habuerit maculam, non offeret panem Deo suo, nec *Leuit. 21.* accedet ad ministerium eius: si caecus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Non accedet offerre hostias Domino, nec panem Deo suo. Vescetur tantum panibus qui sunt in sanctuario: ita duntaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare. Meretricem & pollutam non accipient: quia sancti sunt.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent. *Psal. 131.*

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. *Pro. 27.*

Pascite oves occisionis, quae qui possederant, occidebant, & non dolebant: & *Zach. 11.* vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.

D Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, *Ezech. 3.* & annuncabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annunciaris ei, neque locutus fueris, vt auertat se a via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirā. Si autem annunciaris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti. Sed & si conuersus iustus a iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponā offendiculum coram eo, ipse morietur: quia non annunciauisti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae eius quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuēs viuet, quia annunciauisti ei, tu autem animam tuam liberaasti. *34.* Vinū non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Ex omnibus primitiis vestris erit sacerdotibus.

Qui sancte sancta custodierint, iustificabuntur: & qui ea didicerint, defensionem inuenient. *Sap. 6.*

Noli quarere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. In tota *Eccli. 7.* anima tua time Dominum: & sacerdotes illius admirare. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. Time Dominum, & honora sacerdotem, & partem da illi, sicut mandauit tibi Dominus. Rectorem te posuerunt? Noli extolli: esto in illis tanquam vnus ex ipsis. Curam illorum habe, *32.* & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe: vt lateris propter illos, & ornamentum gratiae accipias coronam.

O